Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dicens · Dimetipsum iuram dicit dns quia fecisti rem hanc
et non pepercisti filio tuo unigenito: benedicam tibi et multiplicabo
semen tuum sicut stellas celi · et uelut harenam que est in litto
ue maris · Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum · et
benedicentur in semine tuo omnes gentes terre · quia obedisti uoci
mee · Reuersus est abraham ad puros suos · abiereuntque ber sa
bee simul et habitauit ibi · Lectio secunda ·

Scripsit moyses canticum · et docuit filios israel · Dixeratque
dns iosue filio nun · et ait · Confortare · et esto robustus
Tu enim introduces filios israel in terram quam pollicitus sum · et ego
ero tecum · Postquam ergo scripsit moyses uerba legis huius · in
uolumine atque complenit · precepit leuitis qui portabant archam
federis dni dicens · Tollite librum istum · et ponite e latere arce
federis dni dei uestri · ut sit ibi contra te testimonium · Ego enim scio
contentionem tuam · et cervicem tuam durissimam · Adhuc uiuente
me et ingrediente uobiscum semper contentiose egistis contra dnm
quomodo cum mortuus fuero · Congregate ad me omnes maiores
natu tribus uestras atque doctores · et loquar audientibus eis
istos sermones · et inuocabo contra eos celum et terram · Noui enim
quod post mortem meam iniquo agetis · et de cuiabitis a uia
quam precepi uobis · et occurrent uobis mala in extremo
tempore · quando fecistis malum in conspectu dni · ut irritetis eum
per opera manuum uestrarum · Locutus est ergo moyses audiente
uniuerso cetu filiorum israel · uerba cecinis huius · et ad finem usque
complenit · Tractate celum · Apprehendet septem mul
tiplicata · Lectio Quarta ·

Audi israel mandata uite eternae · percipe ut scias prudentiam ·
Quid est israhel · quod in terra inimicorum es · inueterasti in
terra aliena · coinquinatus es cum mortuis deputatus es cum